



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 38. Templum Daphnes consumitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

geret, unitas voces extollebant omnes, Sæculum IV.
 illos præcipue Psalmos canentes, quibus A. C. 362.
 Idolorum vanitas deridetur, qualis est:
Simulacra Gentium, aurum, & argentum, Psal. 113.
opera manuum hominum. Similes illis 4. 8.
fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Iratus Julianus jussit, ut quotiescumque ipse transiret, tacerent hæfæminæ. Publia contempto ejus imperio, sodalibus suis animos addidit, atque, alia vice Imperatore transeunte, incitavit, ut canerent: *Exsurgat Deus! & dis- Psal. 67.*
spentur inimici ejus! Julianus multo magis irritatus, Publiam ad se adduci, &, nulla senectutis, vel pietatis eximiæ habita ratione, ab uno Prætorianorum suorum ejus ambas genas alapis contundi, totasque rubore suffundi præcipit. Illa maximo se honore pro Christo affectam æstimans, in suam cellam rediit, & consueta cantica spiritualia continuavit.

§. XXVIII.

Templum Daphnes consumitur.

Sancti Babylæ Reliquiæ Antiochiæ in *Chrys. pag.*
 eodem loco sacro repositæ sunt, ubi 463. *Sozom. V.*
 ante translationem, Galli Cæsaris jussu c. 20. factam, asservabantur; at brevi post ignis *Theod. III.*
 Daphnes templum corripuit, tectum c. 2.
 omne consumptum, ornamenta, & Idolum Apollinis, ex ligno quidem deaurato, sed arte, & opere speciosissimum, a

H 4 capite

Sæculum IV. capite ad extremos pedes in cineres con-
A. C. 362. versum. Muri, & columnæ ita integræ
 remanserunt, & illæsæ, ut reliqua mani-
 bus hominum potius quam flammis de-
 structa viderentur. Hoc accidit unde-
 cimo Calendas Novembris, id est, vige-
 sima secunda Octobris anno 362. Illico,
 quamvis nox esset, Comes Julianus advo-
 lavit flamas restincturus; is erat Impe-
 ratoris agnatus, juxta ipsum Apostata, cui
 Comitis in Oriente Dignitatem dederat,
 & ita poscente suo officio Antiochiæ resi-
 debat. Nihil in eo opis suit contra incen-
 dium. Ubi hoc ad Imperatoris aures de-
 latum, tanto furore exarsit, ut urgeret
 insanus quæstionem illorum, qui templo
 serviebant, & ipsorum Sacerdotum, verum
 expressurus tormentis, quis ignem subje-
 cisset? nam facinoris auctores esse Chri-
 stianos ita volebat, ut hanc sibi adimi op-
 nionem nollet; quantumcunque autem
 Idololatræ illi torquerentur, affirmare
 omnes perseverabant, non partem tem-
 pli inferiorem prius arsisse, sed superio-
 rem. Quidam de vicinia agrestes dice-
 bant, se fulmen e cœlo delabi suis ocu-
 lis vidisse. Quidam Pagani aliud nar-
 bant; nempe aliquem Philosophum, Se-
 cta Cynicum, nomine Asclepiadem, cum
 ex remota Regione Daphnem venisse, ut
 videret Julianum, parvum Idolum argen-
 teum Deæ cœlestis, quod semper secum
 ferre

Amm. ibid.

ferre solebat, ante pedes Apollinis po- Sæculum IV.
 suisse, & accensis de more cereis reces- A. C. 362.
 sisse; media nocte scintillas volantes ad
 templi tectum, cujus aridissima erat ma-
 teria, ascendisse, ignemque conceptum,
 nemine, qui principiis obstaret, præsen-
 te, extingui deinde non potuisse. Ita-
 que satis erat exploratum, incendium in *Chrys. ibid.*
 templi fastigio fuisse exortum, nec ullum
 esse suspicandi locum, quod Christiani
 ignem nequiter subjecissent. Omnibus
 autem Christianis persuasum erat, id
 Deum S. Babylæ intercessioni dedisse.

Nihilominus Julianus culpam hanc *Misopog.*
 Christianis affingebat, dicens, hoc modo p. 96. *Hier.*
 eos translationem Reliquiarum ulcisci vo- *Chron. an.*
 luisse. Ergo secundo magnam Ecclesiam ^{364. Soz.}
V. c. 8. Antiochiae claudi jussit, postquam vasa sa- *Theod. III.*
 cra elata, & in ejus Thesaurum compor- *c. 12.*
 tata fuissent. Hanc rem effectam dede-
 runt Julianus Cæsaris propinquus, Felix
 Comes largitionum, seu ærario Principis
 Præfectus, & Elpidius Comes rerum pri-
 vatarum, seu possessionum Imperatoris
 Procurator; omnes hi tres Apostatæ;
 Felix vasorum magnificentiam admiratus
 (nam Constantinus Magnus, & Constan-
 tius gloriæ sibi duxerant, curare, ut hæc
 dona Regiæ opulentiaæ essent monumen-
 ta) dicebat: videte, quam superba supel-
 lectili utatur Mariæ Filius! Comes Ju-
 lianus, ut indicaret, nullum dari Numen,

H 5

cui

Sæculum IV. cui Christianorum honor curat esset, ali-
A. C. 362. qua vasa terræ allisit, infedit, sacram men-

sam urina inquinavit, atque Episcopum
Euzoium nefas prohibere volentem im-
pacto colapho repulit; nam Ariani magna
Ecclesiæ possessores erant. Sic spoliata,
& polluta majori Ecclesia portas ejus mu-
niri, aliarumque Ecclesiarum fores claudi
jussit. Tunc omnes Ecclesiastici fuga sibi

*Socr. V.
c. 8.* consuluere; unicus Presbyter, nomine
Theodorus, seu Theodoreetus, in urbe ro-
mansit, quem Comes Julianus, Thesau-
Ecclesiæ custodem esse suspicatus, sibique
utilissima revelare posse, captum, crude-
liter torsit, & tandem, in confessione fidei
constantem, capite damnavit.

§. XXXIX.

Alii Martyres Antiocheni.

Greg. Naz. or. 3. p. 75. Imperator ex Labaro crucem, & IESU Christi Nomen, a Constantino inser-
tum, deleverat, & pristinam signis mil-
taribus formam, quam sub Principibus
Ethnicis habebant, restituerat, quod ex

Aita Sinc. p. 664. ejus nummis dispicitur. Comes Julianus
advertisit, quod Bonosus, & Maximilianus
illarum copiarum Duces, quæ Herculia-
næ veteres dicebantur, nihil in Labaro
mutassent; nam a Regno Diocletiani
quædam erant cohortes, quæ ab ejus no-
mine Jovianæ, & aliae Herculianæ a Ma-
ximiano vocabantur; his ergo Comes
Julia-